

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Dilectio t  
cum fonte primo

Necesse est ut quo precesserit dilectionis thesaurus,  
illuc etiam cogitationis sequatur affectus.

Ideo ueritas ait:

Vbi enim est thesaurus tuus, ibi et cor tuum erit.  
Vt ergo in celis thesaurizemus, celestia diligamus.  
Vis nosse ubi thesaurizas? Attende quid amas.  
Vis nosse quid amas? Attende quid cogitas.  
Ita fiet ut thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas  
et amorem tuum iudicio tue cogitationis intelligas.

Fulgencius in quodam sermone.

Necesse est enim ut quo praecesserit dilectionis thesaurus,  
illuc etiam cogitationis sequatur affectus.

Ideo ueritas ait:

Vbi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.  
Vt ergo in caelis thesaurizemus, caelestia diligamus.  
Vis nosse ubi thesaurizas? attende quod amas.  
Vis nosse quod amas? attende quod cogitas.  
Ita fiet ut thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas  
et amorem tuum indicio tuae cogitationis intellegas.

Fulgentius Rusensis, *De dispensatoribus Domini*, 8  
(CCSL 91A, J. Fraipont ed., p.893, ll.151-158).